

**1243-1254 – SS Innocentius IV – Inter Personas Alias [AD 1250-06-06]**

<http://www.procasp.org.br/>

Inter personas alias (1250)

Venerabili Fratri Ostiensi Episcopo salutem, et Apostolicam benedictionem.

1 Inter personas alias sub religione Domino famulantes, Abbatissas et pauperes Moniales Ordinis Sancti Damiani speciali prosequentes gratia et favore, salubrem ipsarum statum affectione multa diligimus, ac ne possit modis aliquibus perturbari, libenter opportunum, ut convenit, studium adhibemus, ut eaedem per assumptam jam dudum viam rectis gressibus incedentes valeant ad id, quod totis anhelant desideriis, duce Domino, pervenire. Hinc est quod cum eisdem Abbatissis et Monialibus novam vivendi regulam, seu formulam tradidisse, vel antiquam immutasse dicamus.

2 Nos volentes ut sub illius observantia regulae, Altissimo famulentur, per quam possint aeternae vitae gaudia facilius promerer, Fraternitatit tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus cum te velimus solitam curam gerere de praedictis Abbatissis et Monialibus, et Monasteriis earumdem, ipsis ad susceptionem et observantium praedictae novae formulae, seu antiqua. taliter immutatae, nisi videris quod saluti earum expediat, ipsam suscipere et observare cogi aliquatenus non permittas, sed antiquam ab eis, quam in institutione sui Ordinis suscepserunt, si per eam melius suarum procuratur utilitas animarum, facias inviolabiliter observari.

3 Non obstantibus quibuslibet privilegiis vel indulgentiis seu litteris Apostolicis impetratis hactenus, vel in posterum impetrandis. Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.

Datum Lugduni VIII, Idus Junii Pontificatus nostri Anno Septimo.I